multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium et oblationem noluis
ti aures autem perfecisti michi.
Holocaustum et pro peccato non pos
tulasti tunc dixi ecce venio.
In capite libri scriptum est de me
ut facerem voluntatem tuam deus meus
volui et legem tuam in medio cordis mei.
Annunciavi iusticiam tuam in
ecclesia magna ecce labia mea non pro
hibebo domine tu scisti.
Iusticiam tuam non abscondi in
corde meo veritatem tuam et saluta
re tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam et
veritatem tuam a consilio multo.
Tu autem domine ne longe facias
miserationes tuas a me misericordia et veritas
tua semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt me mala quorum
non est numerus comprehenderunt me ini
quitates mee et non potui ut viderem.



Multiplicati sunt super capillos
capitis mei: et cor meũ dereliquit me.
Complaceat tibi dñe ut eruas
me dñe ad adiuuandũ me respice.
Confundantur et reuereantur
simul qui querunt animam meã
ut auferant eam.
Conuertantur retrorsũ et reue
reantur qui uolunt michi mala.
Ferant confestim confusionẽ
suam qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur super te õ
nes querentes te et dicant semp mag
nificetur dominus qui diligunt
salutare tuum.
Ego autem mendicus sum et
pauper dñs sollicitus est mei.
Adiutor meus et protector me
us es tu deus meus ne tardaueris.
Requiem. a. Complaceat tibi
domine ut eripias me ad adiuuã
dum me festina. a. Sana dñe anĩã